HUGO DE SANCTO VICTORE
12. Jh. Seite 31v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26236
Copyright: Admont, Benediktinerstift



luntas dei bnplacitum eius. et uoluntas
eius operatio eius. et uoluntas eius permissio
eius. Quarta est in preceptione.
.v. in prohibitione.

Et sequitur adhuc preceptum eius. et prohi
bitio eius. et dicitur utrumque uoluntas eius.
quia cum quid fieri precipit monstrat se
uelle ut fiat. et cum quid fieri prohibet
monstrat se uelle ut non fiat. Et
iccirco dicitur hoc similiter uoluntas
eius. quia signa quedam sunt uoluntatis
eius. sicut operatio eius et permissio eius. sed
dissimiliter et alio quodam modo signifi
cantia uoluntatem eius. et signa ex
parte. Quando sunt similia sign
ebitio sicut operatio et permissio.

Non enim sicut operatio eius et permissio
eius per omnia tenduntur. quia sine his non fit
aliquid. sic et preceptum eius et prohibitio
illius. sed ad creaturam rationalem diri
guntur hec duo tantum. que sola ca
pax est precepti et prohibitionis cauta.
secundum insitam rationem ad utrumque. Itaque
signa sunt ex parte hec que non pertinent
ad omnia neque uniuersaliter summam uo
luntatem. et que in ea sunt omnia educunt
ad manifestationem. sicut operatio et
permissio. sed ea tantum que ad ipsos
spectant quibus fiunt hec. hoc est precep
tum et prohibitio significat. que non sunt in
summa uoluntate. et bnplacito eterno.
Neque similia signa sunt hec. que admo
dum operatio et permissio eius. certa sunt et ue
ra signa bnplaciti eterni. Hec autem
hoc est preceptum et prohibitio non omnino
certum faciunt quid sit in bnplacito
eterno. donec operatione uel permissione
probetur cum factum fuerit. Tunc enim
certum est cum hec fecerit deus siue permi
serit ut fiat. et factum fuerit quoniam
in bnplacito eterno ita fuerit ut
esset. ut factum est secundum quod uolunta
rie fecit. siue permisit ut fieret.
quod factum est. quoniam ita bonum est esse ut est.
Cum autem preceptum fuerit uel prohibitum
aliquid nondum constat adhuc quid de
ipso diffinitum sit. in bnplacito eterno.
donec illud rerum effectus in euiden
tiam educat. siue operatione siue per
missione. ut bonum est esse et bnplaci
tum quod futurum est an quod est. Preceptum autem
et prohibitio innuunt tantum. quoniam ita
est in uoluntate iubentis. ut fiat
siue non fiat. et demonstrationem
faciunt. quia iustum et pium est. non aliud
credere illum cui fit. et si illud non est in illo
a quo fit. Et precipitur sepe ut fiat
quod futurum non est. nec fiet. et prohibetur
[illegible] ut non fiat. quod futurum fuerit est
et [illegible] fiet. et non est in bnplacito non